

m forma de qua
 Archiepiscopi in
 Episcopi senioris
 re et auctoritate

Episcopi ignorent
 vel valde utilia
 ur.

parochias intro-
 re admonere pri-
 vatiorem reddere
 t" (Matt. xviii.
 o gravi scandalo
 tollatur; si De-
 chus partes aget
 tempus abest a
 ejus locum suffi-
 tis, et ut infirmi
 quæ urgeant non

t sepultura eccle-
 Episcopum. Op-
 ratam facultatem
 delegandi facul-
 tates aegrotos
 nia quæ in eorum

statu necessaria sunt. Curabit ut Sacerdos testamentum
 conficiat ad lites evitandas, et ut ægroti negotia personalia
 et ea quæ spectant ad Ecclesiam proprie ordinentur. Quando
 periculum mortis imminet, curet Decanus ut Sacramenta
 Eucharistiæ et Extremæ Uctionis infirmo administrentur.
 Post mortem, omnia pro funere instituendo ordinabit; ad
 Episcopum scribat et ad Sacerdotes sui Decanatus, ut Sacri-
 ficiū Missæ pro eo offeratur: fideles quoque moneat ut
 orent, sacramque Communionem faciant pro anima defuncti
 pastoris et patris spiritualis. Si quæ intentiones Missarum
 supersint curet ut inter alios Sacerdotes dividantur.

DECRETUM XIII.

De Piis Exercitiis Quadragenta Horarum.

Quoniam "quæcumque in Diœcesi ad Dei (Trid. Sess. XXX.
 c. 8, de Ref.) cultum spectant ab Ordinario diligentur cu-
 rari, atque iis, ubi oportet, provideri æquum est," et cum
 Dominus Noster J. C. dixit "Et ego si exaltatus fuero a
 terra omnia traham ad meipsum" (Joan xii. 32). Hoc
 autem maxime verum est de Sanctissimo Sacramento in
 altaribus nostris solemniter exposito. Ideoque Patres hujus
 Synodi hocce decreto statuunt, ut Episcopi hujus Provinciæ
 piis exercitiis quadragenta horarum in singulis suarum Diœ-
 ceseon parochiis seu missionibus, ubi nondum instituta fuerunt,
 quam primum inaugurandis sedulo dent operam, et omnia
 quæ in illa solemnitate observanda sunt, adamussim statuant
 et parochis intiment; præprimis ut Sacerdotes ipsi, qui huic
 devotioni intersint, tam exemplo quam verbo, fidelium de-
 votionem erga Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum fo-
 vere studeant.